



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXXVIII. Markgraf Ludwig verpfändet an Heinrich von Schlabberndorf  
Hebungen in Mallnow, am 13. Februar 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XXXVIII. Markgraf Ludwig verpfändet an Heinrich von Schlabberndorf Gebungen in Mallnow, am 13. Februar 1334.

Anno domini M. CCC. XXX quarto, dominica inuocavit. Contulimus feodi titulo et vendimus strenuo militi Heinricho de Schlabberndorp suisque heredibus in villa dicta Malnow precariam quatuordecim mansorum cum officio prefecture, cum iure patronatus ville eiusdem, cum singulis et vniuersis eorundem honorum pertinentiis, quousque nos, heredes aut successores nostri dictos redditus pro C marcis argenti Brandenburgensis reemerimus, cuius facultatem plenariam nobis referuamus, quiete et pacifice possidendam, iuribus nostris saluis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) No. VIII.

XXXIX. H. von Schlabberndorf erklärt, daß seine Besitzungen zu Mallnow dem Markgrafen zum Wiederkauf stehen, am 13. Februar 1334.

Noueriat uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod ego h. de Slaurndorp, miles, promisi bona fide presentibus et promitto, quod volo, teneor et debeo magnifico principi domino Ludouico, marchioni brandenburgensi, suisque veris heredibus aut successoribus sine contradictione qualibet ad reemendum dare bona in uilla malnawe sita cum omnibus eorum pertinentiis eisdem pertinentibus, pro centum marcis argenti brandenb., quandocunque ipse, sui heredes vel successores id decreuerit vel decreuerint faciendum. In cuius rei testimonium presentes sigilli mei munimine feci communiri. Testes huius sunt honorabilis et religiosus vir frater Henricus de Zipplingin, commendator, Dypoldus Guzzo, H. de Yfoldfrieth, Marfalkus, H. de wolkowe, milites, Gebhardus de kamer, Eblinus de blanchinburch et alii quam plures fide digni. Datum berlin, Dominica qua cantatur Inuocavit.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. IX.

XL. Markgraf Ludwig belehnt Nicolaus Grüneberg in Frankfurt mit Gebungen aus Lebus und Selchow, am 9. April 1334.

Eodem anno (1334), dominica Misericordia domini, in Berlin. Contulimus Nycolao Grüninberg, cui in Vrankinfürt, suisque heredibus octo frusta denariorum in villa Selichowe, Quinque frusta, in theloneo Lebus minus quatuor solidis annuorum redituum cum vniuersis ipsorum pertinentiis. Iuribus nostris saluis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. X.